



## PRÆFATIO.

---

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

Illustris D. MOSERUS super eximia sua in jus publicum Germanicum merita maximam sibi laudem jure suo vendicat, quod primus fontes nobis aperuit, cognoscendi jura Statuum specialia, cum in utroque suo opere juris publici, tum singulatim exponendo jus publicum et majorum et minorum Statuum Imperii Germanici.

Optandum esset, ut hic idem vir, in rebus Wirtembergicis versatissimus, Patriae in primis jus publicum in lucem proferret, quod jam a. 1752. ab eo conscriptum, in ipsius scriniis delitescit. Enimvero cum secundum ea, quae senex hic venerandus, fautor juxta et amicus meus summus, in Bibliotheca sua Wirtembergica memorat, sperare nobis haud liceat, fore, ut voti nos istius faciat compotes, relictam hanc partem experiri statui, fretus eadem in

A 3

dul-